8.

Ex Baudrij Geographia

No. 42.

Sardica Thraciæ urbs Ptolomæo, quæ Serdica Antonino, in Mœsiæ Superioris confinio versus Hæmum Montem, nunc vulgo Triadizza incolis teste Ederno cum Sophiano, sed Turcis et exteris est Sophia, Sophiæ Bulgariæ Regionis Caput, ad Bojanum fluvium, ut certo refert ab hujus Urbis ArchiEpiscopo, qui in Chiprovaz commoratur; Urbs autem Sardica quæ et Sophia ampla est et culta, et Præfecti Turcarum Sedes fere media inter Naissum urbem Mœsiæ superioris ad occasum, et Philippopolim ad ortum vide Sophia: Ad Sardicam celebratum fuit Concilium generale Sardicense dictum Ao. 347 sub Julio I. Pontifice –

Chrysius fluvius, alias Dacie Jornande teste Nunc Hungaricè duplex, Kerez incolis, Kraiss germanis. Utergue fontes habet in Transylvania; Unus prope Abruckbanyam ortus dicitur Fekier-Kerez, sive albus: Juliam rigat teste Lasio, et per lacum Sarcad labitur,+ ~~et oritur~~ ex monte Kalota in agro Claudiopolitano. Varadinum magnum rigat, recipitque aliquot amnes cum supra dicto Fekier-Kerez, et Berethonio, quibus auctus in Tybiscum se exonerat, supra Congradium, in Comitatu Oradiensi in Superiori Ungaria. ita Baudrius fol. 268.

"Nb neutra descriptio videtur bona, juxta Mappas – in quibus plerumque tres et imo quatuor Crisij ponuntur: unus Kerez simpliciter dictus, alter Fejer Kerez, tertius Fekete-Keres 4tus Sebes-Kerez – seu rapidus, rapax, vide Mappam Homani Transylvaniæ: cuj ergo credendum?"

+ et se exonerat in alium Sebes Kerez dictum – sive nigrum, qui oritur ex monte Kalota etc.

Iterum Baudrius fol. 308.

Crisius, Kerez fluvius Regni Ungariæ in Transylvaniæ Principatu duplex est nempe Crisius proprie dictus, qui et aliquando Sebes Kerez dictus sive albus, versus Septentrionem magis currens, Varadinum rigat. et Crisius minor qui Fekier-Kerez vulgo dictus, sive niger oritur versus Abrucbanyam et in occasum tendens rigata Julia per Sarcadum lacum labitur et paulo infra Crisio fluvio altero miscetur et aliquot milliaribus postea cum ipso in Tybiscum se exonerat. vide Chrysius.

Bana. Saltu (Sylva) Banensi. in comitatu Neogradiensi: sunt

Ex Analectis Kollarij pag. 548. Tom. I. nota (4). de Annalibus Fuldensibus, quae et Freheriana, et Laurishaimenses audiunt.

Ex Supplementis Freherianis et Duchesnianis Annalium Fuldensium. In Analectis Vindob. Tom I. à Cl. Kollario editis pag. 526 ad Annum 894.

„ Avari, qui dicuntur Ungari in his temporibus
„ ultra Danubium peragrantes multa misera-
„ bilia perpetravere.